

purgans cujus cochlear j. ad ij. assumptum sine nausea evacuat. vid. BARTHOLIN. Cent. 3. Epist. p. 133. Ex hoc fundamento paratum fuit Elyxir purgans D. MICHAELIS, cui alia catholica purgantia fuerunt admista. Cæterum obsetvetur de purgantibus non tantum, sed in genere de purgantibus resinosis & magisteriis purgantibus resinosis, quod scilicet hujusmodi resinosis, quoniam sunt glutinosa, adhæreant intestinis & adhærendo hypercatharsin inducant: hæc ut præcavatur notetur bene ut una extractis resinosis purgantibus aliquid miscatur salini à quo tanquam absterfivo impediatur adhæsiō & vellicatio: quale salinum potest esse \ominus . \square . Cremor \square . item \square . \oplus latus \ominus . digestivum hypochondriacum arcanum duplicatum Mynsichti & \square . \oplus us, ut res fiat clarior, formula potest esse talis:

\square . Rad. Jalap. gr. XV.

Cremor \square . vel \square . \oplus i \square . vel \square .

Scamoni \triangle gr. i. pro stimulo.

\square . destil. anisi pro odore & sapore gutt. j. vel ij.

Misceatur, fiat pulv. Item in aliis purgantibus facile adhærentibus.

\square . Aloës Succotrina gr. XV.

Magisterii vel Gummi Jalapæ gr. iij.

Arcani duplicati Mynsichti \square .

Ess. citri gutt. 3. vel 4. M. D.

S. Purgier-Pulver. Hæ & similes cautè observentur ne fiat error & infamia in praxi.

MECHOACANNA.

Hæc est radix alba in rotulas incisa & ad nos adportatur, dicitur RHABARBARUM ALBUM ad differentiam Rhabarbari lutei propter convenientiam quam habet cum hoc; ex provinciâ Hispaniæ novæ Mechoacanna dicta adfertur & ita à loco Natali denominatur: Quoad vires est elegans purgans quæ potenter & sine gravium symptomatum concursu blandè evacuat è corpore quæcunq; heterogenea imprimis aquosa, serosa & pituitosa excrementa ex capite & partibus nervosis. In genere ad affectus serosos & phlegmaticos multum convenit. Conducit etiam imprimis infantibus vermibus laborantibus & quorum ventriculi & intestina sunt repleta copioso mucro viscido &c. propinatur his à \square . ad \square . idq; eò melius potest fieri, quando cum pulv. Mechoacannæ fit panis martius, qui quoniam albus non prodit fraudem, & ab infantibus faciliè adsumitur. In adultis potest dari à \square . ad \square . vel etiam ad \square . In formâ pulveris crudi tantum præscribitur: Nam in iufuso aquoso aut vinoso nihil omninò solet evacuare. Contrarium habemus in Agarico & fenâ quæ duo feliciter operari solent in iufuso. ELECTUARIUM purgans non inelegans ex Mechoacannâ potest fieri, si extrahatur cum vino Canariensi generoso, cui instillentur aliquot guttæ \square . \square . per deliquium: vinum hoc per levem evaporationem insensibiliter evaporatum addendo saccharum donec syrupi consistentiam acquirat, habet vim evacuativam hoc modò, ratione \ominus \square i & hydropticis convenit. Plura qui cupit de virtutibus Mechoacannæ egregiis videre potest GABELCHOV. Cent. 1. obs. 13. in Scholio. Alio modo potest fieri Electuarium compositum D. MICHAEL. in hac formula.

\square . Epithymi. polypodii aa. 3j.

sol. fenna s. s. 3ss. decoque in s. q.

∇ . simplicis ad lib. i. cui adde vini Cydoniorum lib. ss. bulliant aliquantulum hinc adde:

Santali albi pulpa Cydoniorum aa. 3v.

pulv. Mechoacann. 3ss. M. Fiat Electuarium purgans, non inelegans, cum melle vel saccharo: quod ratione Cydoniorum reliquorum malignitatem emendat. Morsuli purgantes possunt fieri. h. m.

\square . Pulv. Mechoacanna 3j. 3ij. 3iij.

Diagridii 3v.

Margarit. preparat.

Corall. preparat. aa. 3ij.

Smarag. preparat 3j.

Sacchari albisissimi soluti in ∇ . Cinnamomi & rosarum 3xviij.

\square . Cinnamomi Caryophyllorum aa. gutt. XII.

Misceantur, fiant Morsuli purgantes. dosis 3ss. ad 3vi. FABER in Myrothecio spagy. lib. 2. c. 28. habet V. ESSENT. ex Mechoacannâ, quam asserit egregium purgans quæcunque M. sanguineæ excrementa, eamq; multis laudibus effert. EXTRACTUM Mechoacanna compositum quod habet AVCTOR satis clarum est & elegantis compositionis, quæ notetur ut de aliis melius judicare queatis.

MEZEREUM sive LAUREOLA.

PLanta est elegans primo vere producens flores, vocatur THYMELÆA, CHAMELÆA, MEZEREUM & LAUREOLA dicitur usitatè, hinc m. Thymelæa & Chamelæa. Flore est purpureo, fructu rubro. Hujus ipsius mezerei CORTEX imprimis purgat. AVCTOR dicit, quod sit igneum &c. vid. quoniam est consticum & abundat acerrimo Se vol. unde m. corrigunt nimiam virulentiam in infusione in acet. sic enim ab acido acet, corrigitur acrimonia \ominus . vol. sunt qui corrigunt cum succo Cydoniorum vel acetosæ, ut impediatur impetuosa & effrenis virulentia: DOSIS sunt gr. VIII. ad XV. raro tamen usurpatur propter nimiam malignitatem: aliàs copiosum evacuat serum & hydropicos sursum & deorsum purgat: raro tamen uti dixi, usurpatur propter virulentiam. Cæterum ut ut interno usu sit rarum, externo tamen usu singulare præbet remedium RADIX mezerei in affectibus oculorum, si scilicet dissecta in fibrulas aliquantisper in lixivio acri vel ∇ . in quâ \square . solutum fuit, maceretur; sic enim fit, ut indita lobo auris prius perforato instar cujusdam fonticuli copiosissimum eliciat serum, & hoc modo inflammationibus oculorum, doloribus oculorum, suffusioni, cecitati & quàm plurimis oculorum affectibus mirè confert & miranda præstat, sic enim instar fontanellæ feliciter & exoptatè conducit oculis & medicamentum fuit secretum D. SCHLEGELII: videbitis tamen ejus effectus adhuc observatos à RIVERO, vel quicumque est auctor, in Cent. 4. obs. 100.

MYROBALANUS.

MYrobalani sunt fructus parvi & quasi species prunorum exoticorum: quorum 5. habet AVCTOR cum synonymis & eligendi modo, Myrobalani hujusmodi evacuant simulq; etiam adstringunt: Unde raro sunt in usu, nisi in Diarrhois & similibus fluxibus, ubi opus est evacuatione & absterfione simul tamen etiam adstrictione: Et in Dysenteria usitatè permiscetur cum Rhabarbaro. In Diarrhoa & Dysenteria malignâ convenit. AVCTOR noster 5. tantum species recenset, est tamen adhuc 6. species, quæ in India instar condimenti solet adhiberi: remedium sunt intestinorum vel Dysenteria vel Diarrhoa vel Fluxu Epatico laborantium & observetur quod PULPA eorum vel pars subtilior tantum purget, CORTEX v. l. pars crassior adstringat. Unde in iufuso tantum solent purgare sine adstrictione. Infunduntur a. comodè pro solâ purgatione in sero lactis. Sin v. in substantiâ adhibentur aut etiam in forti coctione, tunc simul cum purgatione adstringunt: sin prius pulv. aliquantisper torreantur, tunc assumpti solent adstringere, non purgare: adeo mutant vires pro varietate præparationum. Nam uti dixi, in iis quod est resinofum, est id, quo purgat, Cortex v. est saporis acris & adstringit. Unde m.